

lit. i. & tr. de pign. lib. 5. cap. 20. Goh. part. 3. peric. Acad. quast. 17.

D Actio Pignoratitia **CONTRARIA** est personalis. competens creditori & heredibus, adversus debitorem & heredes, ad indemnitatem pignoris nomine consequendam. vid. 2. §. 2. l. 16. §. 1.

C Oritur ex obligatione secundaria. Si hypothecæ possessio ad creditorem pervenerit, & is, v. g. in rem illam expensas fecerit, tum datur hæc utilis. Bachov. tr. de pign. lib. 3. c. 9. n. 2. vid. sup. in directa hæc actione C.

O Ad id, quod creditori pignoris causâ abest: (I.) ob rei qualitatem; e. g. si rem alienam, vel alteri obligatam, aut morbosam, ignorans pignori acceperit: 9. pr. 16. §. 1. l. 32. 36. §. 1. utut ab ignorante: 16. §. 1. nam qui talia sciens substituit, etiam extra ordinem stellationatus tenetur, dd. ll. 1. §. 2. l. 26. pr. h. vid. tamen 36. §. 1. in f. & quandoque furti. 36. pr. (II.) Si ex re pignolata damnum senserit: v. gr. si servus oppignoratus furtum fecerit; 31. h. 61. §. 1. de furt. quem tamen debitor noxæ relinquere potest: 31. h. d. l. 61. §. 1. Merlin. de pign. lib. 5. tit. 2. q. 66. n. 12. nisi sciens furem pignori dederit; d. l. 31. d. l. 61. §. 3. ff. de furt. vid. Bachov. d. tr. de pign. lib. 3. c. 9. num. 8. (III.) Si in rem pignori acceptam expensas fecit necessarias, 8. pr. ff. 7. in f. C. h. vid. etiam 8. §. 1. l. 22. §. ult. h. (neque retentione uti possit 8. pr. & §. 1.) aut tacito vel expresso debitoris consensu, utiles: 25. De reliquis utilibus 25. Iudex ex circumstantiis statuere. Fr. h. n. 33. Bach. tr. de pign. lib. 3. c. 9. n. 4. vid. Gail. 2. O. 12. in fin. Grav. l. 2. concl. 2. coron. 2. Garf. tr. de expens. c. 1. n. 31. Alios casus, quibus hæc actio competit, refert Bach. d. c. 9. n. fin.

DE EXERCITORIA

XIV. I.

ACTIONE.

D Actio Exercitoria est actio personalis à Prætore nova qualitate aucta, qua ex contractu cum magistro navis, secundum præpositionis legem inito, agitur adversus Exercitorem in solidum. §. 2. l. quod cum eo, qui in alien. potest. Estque Prætorica, d. §. 2. l. 1. §. 2. 3. h. rei persecutoria: Buchner. diff. de re & jur. aquatil. §. 203. in fin. perpetua: 4. §. 4. Bonæ fidei, vel stricti juris, instar directæ ex contractu: Vinn. ad §. 28. l. de Action. num. 5. vers. Eo amplius. vid. Bach. de Act. D. 8. §. 14. p. 127. & seqq. Loccen. tr. de jur. maritim. & naval. lib. 3. c. 7. n. 2. vid. 3. §. 7. l. 28. de pecul. Bachov. de Act. Disp. 8. §. 14. p. 126. & seqq. Frantz. h. n. 6. Stypm. tr. de jur. maritim. & nautic. libr. 4. c. 15. n. 253. & seqq.

C Licet stricto jure ex alterius contractu alter non obligetur, 3. in f. C. ne ux. pro marit. §. 10. l. de action. hæc tamen actio Prætoris auctoritate qualificata 1. §. 23. vid. Vinn. ad §. 10. l. de act. & §. 2. l. quod cum eo. Bach. de act. D. 8. §. 15. competit, si fuerit * (1.) Contractum, §. 2. l. quod cum eo, Stypmann. de jur. marit. p. 4. c. 15. n. 141. & seqq. (Ex delicto Magistri non datur. 1. §. 2.)

* (2.) cum navis magistro, (qui scilicet, locandis a navi-